

Ad primam respondeat quod ratio procedit de sollicitudine licita. temporalia et bona subie-
cta sunt homini ut eis utatur ad necessitatem non ut in eis sine situatur et superflue
circa ea sollicitetur et talis non excludit a beatitudine celesti. Ad secundam
respondeat eodem modo. quia sollicitudo eius qui corporali labore panem acquirit
non est superflua sed moderata. Et ideo Hieronymus dicit Labor exercendus
est. sollicitudo tollenda. scilicet animu inquitans. et talis etiam non excludit. Ad
terciam respondeat quod etiam sollicitudo temporalium in operibus misericordie cum ordinetur ad fi-
nes caritatis licita est. nisi sit superflua et ideo etiam talis non excludit a regno.

Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videtur quod
infideles non sunt compellendi ad fidem. Primo sic dicit Mattheus. xiiij. quod servi pa-
tristamiliam dixerunt ei. in cuius agro erant zizania seminata. Tunc ibidem
et colligimus ea. et ipse respondit. minime. ne forte colligentes zizania eradi-
cetis cum eis simul et triticum. ubi dicit Crisostomus. Hoc dixit dominus prohibens occasio-
nes fieri. cum ergo sine occasiois periculo infideles non possint compelli. videtur quod
non sunt compellendi. Secundo in decretis dist. xlv. dicitur sic de interdictis. Precipit san-
cta synodus. nemini tenetis ad credendum vim inferre. si pari ratione nec nec alij
infideles sunt ad fidem cogendi. Tertio sic dicit Augustinus. Quod cetera pre-
ter homo nolens. credere vero nisi volens. sed voluntas cogi non potest. si infideles non
sunt cogendi ad fidem. In oppositum est evangelium presens. ubi dicit. Eri in vias
et sepes compelle intrare ut impleatur domus mea. sed homines intrant in domum
dei. id est ecclesiam per fidem. ergo aliqui sunt compellendi ad fidem. Respondeo di-
cendum. quod infidelium quidam sunt qui nunquam receperunt fidem. sicut gentiles et
iudei. Et de talibus conclusio est. quod nullo modo compellendi sunt ad fidem ut ipsi cre-
dant. Ratio est. quia credere voluntatis est. Secunda conclusio. Infideles predi-
canti licet non sunt compellendi ut credant. tamen sunt compellendi a fidelibus si faci-
tas assit ut fidem non impediant. vel blasphemias vel malas persuasionibus vel
etiam apertis persecucionibus. Et inter est quod propter hoc fideles christi contra infideles
bellum mouent. non quidem ut eos ad credendum cogant. quia etiam si eos vicissent
et captivos haberent in eorum libertate relinquerent an credere vellent. sed pro-
pter hoc ut eos compellant ne fidem christi impediant. Alij etiam sunt infideles
qui quandoque fidem susceperunt et eam profiteri. sicut heretici vel quicumque apo-
state. Et de talibus est tertia conclusio. quod tales etiam corporaliter sunt compellendi.
ut impleant quod promiserunt et teneant quod semel susceperunt. Ad rationes in op-
positum. Ad primam respondeat negando premissam. et ad auctoritatem respondeat. quod ita intel-
ligitur ut dicit Augustinus. propter epistolam perminiam. quod quoniam metus ille non subest. et
quoniam ita cuiuscumque crime notum est et omnibus execrabile apparet. et ut vel nullus
propius vel non tales habet defensores per quos posset scisma contingere non dor-
miat lenitas discipline. Ad secundam respondeat procedendo. si nullo modo fidem re-
ceperunt. Ad tertiam respondeat negando premissam. Et ratio est. quia sicut volun-
te est voluntatis. et reddere necessitatis. ita accipere fidem est voluntatis. et te-
nere iam acceptam est necessitatis. et ideo heretici sunt compellendi ut fidem te-
neant. Si obijciatur quod Paulus fuerit compulsus ad credendum cum esset interdictus